

ria, quibus ne ullum quidem verbum de concilio S^{tas} Sua fecerat atque quod S^{tas} Sua consulens, ut postea ex secretissimo loco scivi, Capuanum parabat in Germania congregationem facere praelatorum omnium sub pretextu consultandi cum eis de modo, tempore ac loco concilii. sed re vera, ut postea ex dicto bono loco scivi, non erat hoc ad alium effectum nisi ad quaerendum aliquod remedium pro evitando concilio. Sed has omnes practicas rupimus optimis modis, simulac scivimus orator Caesaris et ego persuadentes S^{ti} Suae eas vias omnes inutiles et iam tentatas a Clemente et quod, si iterum tentarentur, non solum nihil proficeret, sed magnum incendium et ultimam desperationem in Germania excitaret... Adduximus S^{tem} Suam, ut statim principibus indicat concilium ad maium mensem primo venturum celebrandum et forsan citius, de loco autem ipse cum oratore Caesaris ad partem designabat in Mantua vel Verona, sed ea res extra opera nostra, ut per nuntios ad hanc rem mittendos consultetur cum Caesare et cum M^{te} Vra». Parlando col papa della faccenda del concilio, gli osservai «debere S^{tem} Suam occlusis auribus tanquam mortiferos syrenarum cantus pertransire consilia eorum, qui concilii celebrationem differre student... festinaret effusis habenis ad celebrandum concilium generale, quod unicum remedium restat ad [ex]stinguendum hoc incendium tam late vagans». A questo discorso fatto in presenza di Salviati, il papa si fermò alcuni momenti in atto di riflettere: «et mox levatis manibus ad coelum in hanc sententiam mihi respondit: »Deus et vos atque Caesaris orator praeter alios multos testes mihi estis me velle et procurare concilium, quando sine eo tantis malis remedium haberi non potest. Serenissimus autem rex vester merito est mihi charissimus cuique in hac re et in aliis honestis, quales suae sunt, morem genere cupimus. Ut autem M^{ti} Suae ac Caesareae constet nos ad hoc opus sanctum properare velle, eras congregabimus istos reverendissimos dominos et dabitur ordo, ut nuntii mittendi ad Caesarem et ad regem vestrum et ad effectum illius properari faciant». Et sic heri die jovis XIIIII prae-sentis habita fuit congregatio universalis cardinalium ibique expediti modo, ut supra Faventinus ad Galliam, protonotarius quidem Lucensis et nunc gubernator huius Urbis et antiquus servitor papae ad Caesarem et episcopus Mutinensis, filius Moroni, de quo per alias meas scripsi ad M^{tem} V. Et hi omnes intra quatriduum, ut puto, proficiscentur. Episcopus vero Regiensis, comes de Rangonibus, qui destinatus et vulgatus erat nuntius ad Césarem non mittitur, cum propter aliquot alias causas, tum quia gravis homo est neque aptus ad eundum celeriter, ut Sua S^{tas} vult.

Quantum ad secundum punctum¹ procurandum per dictum marchionem Baury, etsi diu multumque per eum nunc instantissime et

¹ Cioè secondo il principio del dispaccio: «1. de concilio accelerando; 2. de foedere inter S^{tem} et Caesarem ad conservationem Italiae; 3. de particularizando auxilio contra Barbarossam».